

si quo minus die suo colligentur omnes adulteræ fruges, & cū cæteris scandalis igni inextinguibili cremabūtur. Itaq; post tempus pater natus, & pater paſſus, ipſe deus dominus omnipotē IESVS CHRISTVS prædicatur. Nos uero & ſemp, & nunc magis ut instructiores p Paracletū deductore, ſcilicet omnis ueritatis unicū quidē deū credimus: sub hac tamē dispensatiōne quā ὁ Ιηονομίας dicimus, ut unici dei fit & filius sermo ipſius, qui ex ipſo pcesserit, p quē omnia facta sunt, & sine quo factū eſt nihil. Hūc missum à patre in uirginē, & ex ea natum hominē & deum, filium hominis & filium dei, & cognominatū IESVM CHRISTVM. Hunc paſſum, hunc mortuum & sepultum ſecūdū scripturas, & resuſcitatum à patre, & in cœlo resumptū, ſedere ad dexterā patris, uenturum iudicare uiuos & mortuos. Qui exinde miserit ſecundū pmiſſionē ſuā à patre ſpiritu sanctū paracletū, ſanctifica- torē fidei eorum qui credunt in patrē & filium & ſpiritu sanctū. Hanc regū lam ab initio Euāgeliū decucurriſſe, etiam ante priores quosq; hæreticos, ne dum ante Praxeā hesternum, probabit tam ipſa posteritas omniū hæreti- corum, quām ipſa nouellitas Praxeæ hesterni. Quo peræque aduersus uni- ueras hærefes iam hinc præiudicatum ſit, id eſſe uerum quodcūq; primū: id eſſe adulterū, quodcūq; posterius. Sed ſalua iſta præſcriptione, ubique tamen propter instructionem & munitionem quorundam, dandus eſt eti- am retractatibus locus: uel ne uideatur unaquæq; peruersitas, nō examina- ta, ſed præiudicata damnari, maxime haec, quæ ſe existimat merā ueritatem pſſidere, dum unicum deum nō aliās putat credendū, quām ſi ipſum eun- demq; & patrem & filium & ſpiritu ſanctū dicat: quia ſi ſic quoq; unus ſit omnia, dum ex uno omnia, per ſubſtatiæ ſcilicet unitatē: & nihilominus cuſtodiatur ὁ Ιηονομίας ſacramentum, quæ unitatē in trinitatē diſponit, tres dirigens, patrē, & filium, & ſpiritu ſanctū. Tres autē non ſtatū, ſed gradu: nec ſubſtatiā, ſed forma: nec potestate, ſed ſpecie. Vnius autē ſubſtantia, & unius ſtatus, & unius potestatis: qa unus deus, ex quo & gradus iſti & for- mæ & ſpecies, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti deputant̄. Quomo- do numerū ſine diuisione patiuntur, procedentes tractatus demonstra- bunt. Simplices enim quiq; ne dixerim imprudentes & idiotæ, quæ maior ſemper creditum pars eſt: quoniam & ipſa regula fidei à pluribus dijs ſe culi, ad unicum & uerum deum tranſfert: nō intelligentes unicum quidem, ſed cum ſua ὁ Ιηονομίας eſſe credendum, expauſcunt ad ὁ Ιηονομίας numerū & diſpositionem trinitatis, diuisionem præſumunt unitatis. Quando uni- tas ex ſemetipſa deriuans trinitatem, non deſtruatur ab illa, ſed adminiſtre- tur. Itaque duos & tres iam iactitant à nobis prædicari, ſe uero unius dei cultores præſumunt: quia non & unitas in rationaliter collecta hærefim fa- ciat, & trinitas rationaliter expensa, ueritatem conſtituat. Monarchiam (inquiunt) tenemus. Et ita ſolium ipſum uocaliter exprimunt etiam La- tini, & tam opifice: ut putas illos tam bene intelligere monarchiam,

Paracletus Mon-
tanicus.

I 4 quām enī